

ex solis justis Ecclesiam componit Quesnelli: hic eam solis Galliarum finibus circumscribit, excludens Germaniam, Poloniā, Hispaniam, Lusitaniam, Indias, Belgii quoque Hispanici, modò Cæsarei, partem præcipuam. Sed & in ipsa Gallia, si Jansenistas excipias, sapientiores passim Theologi sunt, quām ut cæterarum omnium Nationum doctores Pontificia faventes autoritatē futilē censeant; vel, ut alius Jansenista loquitur, vix filio dignos. Cumulum audaciæ Quesnelli addit pag. 52. ita concludens: *Contra hoc Decretum, aliquid magnum esset audendum; sed quia vellet Curia Romana sibi fieri sati, consultius est nihil omnino agere, & Decretum contemnere.* Nunc rursus arbitrum posco quemcunque lectorē, num talis Author demissiōnem animi sui prædicare Pontifici sinè hypocrisi possit, quasi sati conscius tenuitatis suæ; & tantillum hominem non mereri, ut in cum tanti Pontificis indignatio provocetur. Aliis provocatoribus, & accusatoribus Quesnelli non eget, ipse suus, cæteris omnibus silentibus, maximè sonorus pridem accusator, & contra se testis irrefragabilis. Unde ad illud, quod Quesnelli hic CLEMENTI XI. queritur, sæpo tentatum ut in se tantillum hominem tanti Pontificis indignatio provocaretur; Respondebo cum S. Bernardo Epist. 192. ad Guidonem Cardinalem de Petro Abailardo. *Ego non eum accuso apud Patrem: est qui eum accusat, liber suus.* Et quidem Quesnellum accusat, & convincit liber suus non unus, sed multiplex, & scripta infanda ipsius manu exarata. Ut enim seponam tantisper epistolam Abbatis ficti, & libellos anonymos, negare nec poterit, nec volet *Dissertationes, & Notas in Opera Sancti Leonis*, quas suas esse semper publicè professus est. De his extat Eruditissimi Christiani Lupi Doctoris Lovaniensis ex ordine S. Augustini non recusandum Quesnello judicium lib. de appellatiōnibus in Epistola dedicatoria Sanctissimo Domino nostro Innocentio XI. „ Opera, inquit, Divi Leonis à Patre Quesnello edita, adeò sunt rugosa, ut etiam ipsum, cuius jus Encomiasten agunt, invadant magnum Leonem, asseverantia eum, dum suæ Cathedræ phylacteria studet ampliare, excessisse in Canones, in Provincialium Synodorum jura, in privilegia, & libertatem Ecclesiæ. Quin & ipsum imperit Apostolorum Principem, ejusque Divinam postulatam quâ à Christo Domino accepit solvere omnia, & suos in iniquæ damnationis fallo fluctuantes, aut naufragantes fratres confirmare. Romanas totius mundi appellationes contendit esse non à Divina

„ majestate imperitam Romanæ Cathedræ „ authoritatē; sed nescio quod Hōsi Cor- „ dubensis Episcopi, & Sardicensis; non „ Oecumenicæ Synodi fragile indultum. „ Quin imò prorumpit ulterius; etenim scri- „ bit: *Certissimè evincitur Orientales ab Occi- dentalium ore tum temporis non pependisse.* „ Est diserta, ac lucida professio Eusebiani „ Schismatis. Dein pag. 143. „ Hic est omnino pri- „ mus fons, ex quo Paschafius Quesnelli, „ ac ejus Symmissa, potant turbidas aquas, „ & ex ipsis universam Ecclesiam student „ contra Apostolicam Sedem inebriare. „ Pag. 365. „ Paschafius Quesnelli cla- „ mat etiam Africanam Ecclesiam nunquam „ appellasse ad Apostolicam Sedem, adeo- „ que has appellations esse novellam usur- „ pationem. Hoc ipsum clamat Joannes „ Calvinus, Marcus Antonius de Dominis, „ aliqui profecti hostes Romani Primitū. „ Pag. 608. „ Nescio quod hominum „ genus non minori hodie erga Apostolicæ „ Sedis dignitatem odio astuat, quām Mar- „ tinus Lutherus, aut Joannes Calvinus erga „ plures Catholicas veritates. Hanc itaque de se, & suis censuram audiatur Quesnelli ab eodem celeberrimo Au- gustini discipulo pag. 923. „ Quod periculu- „ sa novissimorum dierum tempora immi- „ neant, plura vix finunt dubitare. Horum „ characterem nobis jam pridem prædictit „ Apostolus: *Erunt homines scipios aman- tes, cupidi, elati, superbi, parentibus non obedientes;* Illi præsertim parenti, quem „ omnis sub cœlo Ecclesia semper appella- „ vit Patrem Patrum. De Diabolo verissimè „ scripsit in libros de Civitate Dei lib. 18. „ cap. 51. Sanctus Augustinus: videns Dia- „ bolus tempa dæmonum deserit, & in no- „ men liberantis Mediatoris currere genus „ humanum, hæreticos movit, qui sub no- „ mine Christiano doctrinæ resisterent Chri- „ stianæ; quasi possent indifferenter finè ulla „ correptione haberi in civitate Dei; sicut „ civitas confusione indifferentes habuit „ Philosophos inter se diversa, & adversa „ sentientes. Creditne Quesnelli CLEMENTEM XI. ignarum esse eorum quæ in damnatis ad Sancti Leonis opera dissertationibus contra Au- thoritatem Apostolicæ Sedis effutiit? Existimatne Pontificem nescire, quæ furor- æstuans contra Decretum Sacrae Congrega- tionis Indicis à Clemente X. approbatum scripsit? videlicet, *Non esse Decretum, sed libellum famosum, Divina legi, & bonis mori- bus contrarium; Congregationem illam non esse sacram*